

Caspar Matthäus Müller

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Casp. Matthaeus Müller, I.U.D. Et Moral. Prof. Publ. Ad Exequias Quas Filiolae Suavissimae Wendulae Catharinae Kleinen/ Parentes Moestissimi Hodie Paratas Cupiunt, Omnes Omnium Ordinum Cives Academicos ... invitat : [P.P. Rostochii sub Sigillo Rectoratus Ao. 1699. d. 18. Decembr.]**


Rostochi[i]: Weplingius, [1699]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771557957>


Druck Freier  Zugang



Müller, C. M.,  
in W. C. Klein.  
R. 1699.







PROGRAMMA

270

RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS

CASP. MATTHÆUS

MÜLLER,

PHIL. ET MORAL. PROF. PUBL.



AD  
EXEQVIAS

QVAS

FILIOLE SVAVISSIMÆ

WENDULÆCA

THARINÆ *Steinen!*

PARENTES MOESTISSIMI

HODIE PARATAS CUPIUNT,

*Omnes Omnium Ordinum Cives*

*Academicos officiose*

*invitat.*



Rostochl,

LITERIS JOH. WEPPLINGII, UNIV. TYPOGR.

1699

**N**ihil est constantius  
inconstantia. Omnia  
in mundo caduca sunt,  
fallitur quisquis hac niti-  
tur arena: Nil est quod  
de divitiis & opibus glo-  
rietur dives: recte de his dictum: afflu-  
unt. Sed effluunt. Omnes divitiæ ter-  
renæ dum jam possideri videntur, efflu-  
unt, ad instar angvillæ, quæ & compres-  
sa dilabitur, ita lubrica est, ut nunquam  
comprimi facile possit: Ita res terrena  
vilis & putrida omnino fugax est: &  
tunc evanescit, cum nostram esse pu-  
tamus, hinc Seneca: Omnia, mihi crede,  
etiam felicibus dubia sunt. Nihil sibi  
quisquam de futuro debet promittere.  
Id quoque quod tenetur, per manus exit:  
Et frustra quis honores & dignitatem  
jactitat: & ipsa peribit, vidi impi-  
um

um, inquit Psalter Regius *Psalms. 36. v. 37.*  
Superavalratum & elevatum sicut Cedros Libani, & transivi & ecce! non erat, & quæsi vi, & non est inventus locus ejus, quam in rem Poëta:

*Vidi ego qui laetis rerum successibus utens  
Tollebat tumidum stultus ad astra caput.*

*Vix ego transferam cum protinus ora retorquens  
Cum fastus vidi jam perhisse suo.*

En! iterum inconstantia in vita humana exemplum? sic est, quibus hodie lux affulget, hos cras obfuscant tenebrae; led quid de his latius: sisto Vobis Givens Optimi, Vitam nostram; inconstantia iterum exemplum; sisto sub imagine fungi, cui, cum ab ipso exortu suo indies corrumpi solitus atq; adeo fragilissimus, hæc dari solet epigraphæ: Egre dicitur & conteritur; sic est vita nostra; Orimur & En! morimur. Unde St. Jacob; in *Epist. c. 4. v. 14.* quæ est vita vestra? Vapor est ad modicum parens, & deinceps ex-

) ( 2

terminis



terminabitur, non dissentiens à Job c. 14.  
v 1, ubi asserit. Homo natus est de mu-  
lieri brevi vivens tempore, repletur  
multis miseriis, qui quasi FLOS EGRE-  
DITUR ET CONTERITUR.

*En velox orior fungus, moriorq; vicissim,*

*Qui cito fit Cræsus, protinus lrus erit;*

Pulvis sumus & fragile vitrum. Non  
est, ut ex cana antiquitate exempla in-  
scenam producantur vetustissima, uti-  
nam! producere opus esset, sed prodit  
proh dolor! imò abit ex medio viven-  
tium, dicam, an morientium PUEL-  
LULA LECTISSIMA WENDULA CA-  
THARINA, hæc suo exemplo decla-  
rat, hominem, dum nascitur, jam cum  
morte nasci. Vix orta fugit. Perdix è  
fractò putamine nec dum perfectè na-  
tus graditur volatq; sic beatè defuncta  
NOSTRA VIX orta fugit. Nata quippe  
est d. 13. Mart. A. 1698, & d. 11. Decemb.  
hujus

hujus anni, abiit, morte oppressa oc-  
cubuit, sic vix Orta fugit. Fugit ex  
hac miseriarum valle, migravit ex te-  
nebris hujus soli ad lucem veram Poli  
inibi celebratura Festum incarnati DEI  
HOMINIS non cum hominibus, sed cum  
Angelis: Interim satis gravi tristitia af-  
flictum hic reliquit Patrem *Virum Præ No-*  
*bilissimum, Consultissimum, Amplissimum atque*  
*Excellentissimum* DNUM, JOHANNEM  
KLEINIUM, J. U. D. Pandect. Profess.  
famigeratissimū Consistorii Ducalis Di-  
rectorem gravissimum, Collegam, Com-  
patrem atq; Amicum æstimatissimum,  
quem utpote de Academia nostra quo-  
tidie magis magisq; bene merentem DE-  
us T. O. M. in salutem & incrementum  
Academix nostræ diu sospitem esse &  
superstitem velit: nec minori tristitia  
hic inopinatus suavissimæ Filiolæ abitus  
affligit Matrem *omnibus sexum hunc decoranti-*

X 2

bus

*bus præceteris conspicuâ virtutibus.* HELENAM  
GERDES. Lachrimantē, quoq; reliquit  
omni virtutum genere coruscantem.  
Aviam Paternam ANNAM SCHMIDTES  
DN, NICOLAI SCHMIDTES/ Civis olim  
hic primarij filiam: Reliquos Majores  
jam præeuntes habuit: Inter quos re-  
censendus est Avus Paternus *Vir Præno-  
bilissimus, Consultissimus, atque Excellentissimus*  
DN. CHRISTIANUS KLEIN. J. U. D. & in hac no-  
stra Academia Instit. Professor, celeberr.  
Avus Maternus fuit *Vir itidē Prænobilissimus  
Consultissimus atq; Prudentissimus* DN. MARTINUS  
CHRISTOPHORUS GERDES. J. U. D. & Con-  
sul Gultroviensis, ut & Assessor Dica-  
sterij Ducalis Mecklenburgici gravissi-  
mus: Avia materna jam pridem beatè  
functâ fuit *Fœmina Nobilissima* MARGARETHA  
DE BROEMSEN, *Generosa atque Nobilissimi* DN.  
ANDR. ALBERTI DE BRÖMSEN, Patricij Lubea-  
censis gravissimi Proavi filia; Tantis Ma-  
joribus originem debet nostra, nunc  
beatè

beatè defuncta WENDULA CATHARINA,  
quæ postqvã per sacrũ lavacrũ Christo  
tradita, non potuit non parentibus esse  
gratisima, qv̄ippe quæ majores in fu-  
turũ promittebat virtutum radios. Sed  
inopinato morbo premitur, imò op-  
primitur. De quo genere morbi sequen-  
tia retulit *VIR Pranobilissimus, Experientissimus*  
*atqve Excellentissimus, DN. BERNH. BARNSTORF.*  
*Fius Med. Doct, atq; Profess. Celeberr.*  
*Collega atq; Amicus honoratissimus.*

*Vitiosa, quantum ex symptomatibus judicare licuit,*  
*humorum constitutio, maximaq; ventriculi, quã*  
*spavissima, nunc eheu! desideratissima Virguncula corre-*  
*ripietur, debilitas & imbecillitas, vomitum non mo-*  
*do materia seroso-pituitosa, & Diarrhæam; verum*  
*etiam Molestias circa præcordia produxerat tantas, ut*  
*non nisi continuis anxietatibus & inquietudinibus die-*  
*es noctesq; transigere valuerit, cum violenta subinde*  
*oris, narium & oculorum fricatione, nec non inani*  
*masticandi & deglutiendi conamine; quibus præterea*  
*frigus periculosissimum in toto corpore, præcipue ve-*  
*rò in artibus seu partibus extremis fuit conjunctum,*  
*cum pulsu arteriarum adeò debili & exiguo ut vix ac ne*  
*vix quidem à tangenti manu percipi potuerit. Quam-*

*vis*


vis vero ad hoc malum, periculo non vacantibus istiusmodi stipatum symptomatibus, corrigendum. Et sperandum, varia exquisita virtutis fuerint suppeditata medicamina, omnia tamen frustra, Et sine ullo levamine aut optato successu; Vis enim morbi remedium non modo virtutes superavit, Et operationes eorundem frustrareas reddidit; verum ipsam quoque tenellulam Infantem, viribus omnimodo exhaustam, totaliter enervavit, Et die 11. Decembr. inter sextam Et septimam matutinam, ex hac miseriarum valle, placidissimam morte eripuit. Imo mors eripuit PARENTIBUS olim suavissimam, nunc desideratissimam. Sed cur desideratis parentes moestissimi Filiolam vestram ad meliora translata: Filia vestra est, cui meliora invidetis. Contra officium parentum facitis: Si hoc facitis. Hi enim optimum consilium capere pro liberis praesumuntur: & qui consultius liberis esse posset, quam ad aeterna transferri gaudia: nec est, quod conqueramini de praematura, ut putatis morte filiolarum Vestrarum. In deposito habuistis eam: quod dederat, abstulit, qui creavit, sed non abstulit, repetiit suum, quod nec Vos denegabitis. Interim Nos Cives optimi, nihil hodie acceptius faciemus parenti moestissimo, quam ut, ubi hodie exanime corpus matri suae reddendum, frequenti praesentia deductionem ornemus; sic fiet, quod insignia PA-

TRIS in Academiam nostram merita, quod officii postulat ratio,

P. P. Rostochii sub Sigillo RECTORATUS Ao. 1699.  
d. 18 Decembr.

Conventus fiet in templo Mariano hora prima pomeridiana.





GUSTAV KOCH  
Buchbinderei  
ROSTOCK.





hujus anni, abiit, morte opp  
cubuit sic vix Orta fugit.  
hac miseriarum valle, migrav  
nebris hujus soli ad lucem ve  
inibi celebratura Festum incar  
HOMINIS non cum hominibus  
Angelis: Interim satis gravi tr  
slictum hic reliquit Patrem *Viru*  
*bilissimum, Consultissimum, Amplissim*  
*Excellentissimum* DNUM. JOHA  
KLEINIUM, J. U. D. Pandect  
famigeratissimū Consistorii D  
rectorem gravissimum, Colleg  
patrem atq; Amicum estimat  
quem utpote de Academia no  
tidie magis magisq; bene mere  
us T.O.M. in salutem & incre  
Academiae nostrae diu sospite  
superstitem velit: nec mino  
hic inopinatus suavissimae Filio  
affligit Matrem *omnibus Sexum hu*

X 2

